

Leon Battista Alberti
DE PICTURA

*ex sectione 19
(in litteris pinguibus: partes usi)*

Principio in superficie pingenda quam amplum libeat quadrangulum rectorum angulorum inscribo, quod quidem essere mihi pro aperta fenestra est ex qua historia contueatur, illicque quam magnos velim esse in pictura homines determino. Huiusque ipsius hominis longitudinem in tres partes divido, quæ quidem mihi partes sunt proportionales cum ea mensura quam vulgus brachium nuncupat.

Nam ea trium brachiorum, ut ex symmetria membrorum hominis patet, admodum communis humani corporis longitudo est.

Ista ergo mensura iacentem infimam descripti quadranguli lineam in quot illa istiusmodi recipiat partes divido, ac mihi quidem hæc ipsa iacens quadranguli linea est proximiori transversæ et æquedistanti in pavimento visæ quantitati proportionalis. Post hæc unicum punctum quo sit visum loco intra quadrangulum constituo, qui mihi punctus cum locum occupet ipsum ad quem radius centricus applicetur, idcirco centricus punctus dicatur.

Condecens huius centrici puncti positio est non altius a iacenti linea quam sit illius pingendi hominis longitudo, nam hoc pacto æquali in solo et spectantes et pictæ res adesse videntur.

Posito puncto centrico, protraho lineas rectas a puncto ipso centrico ad singulas lineæ iacentis divisiones, quæ quidem mihi lineæ demonstrant quemadmodum pæne usque ad infinitam distantiam quantitates transversæ successivæ sub aspectu alterentur.

Leon Battista Alberti
ÜBER DIE MALKUNST

*aus Abschnitt 19
(in fetter Schrift: benützte Teile)*

Zuerst zeichne ich – wo das Bild hinkommen soll – ein Rechteck von gewünschter Größe; von diesem nehme ich an, es sei ein offen stehendes Fenster, durch das ich betrachte, was gemalt werden soll. Dann lege ich nach Belieben die Größe eines Menschen in meinem Gemälde fest. Die Höhe dieses Menschen zerlege ich in drei Teile, die für mich der Länge entsprechen, die man «braccia» nennt. Denn, misst man einen gewöhnlichen Menschen aus, so sieht man, dass seine Länge fast drei «braccia» beträgt.

Mit diesen [verkleinerten] «braccia» unterteile ich die Grundlinie des Rechtecks in so viele Abschnitte, wie sie fasst; und damit ist für mich diese Linie selbst entsprechend zum vorherigen – in der Senkrechten festgelegten – Größenverhältnis [unterteilt]. Dann setze ich innerhalb dieses Rechtecks, wo es mir passt, einen Punkt, bei dem der Zentralstrahl [die Bildebene] trifft, und den ich deshalb «Zentralpunkt» nenne.

Dieser Punkt sollte nicht höher über der Grundlinie des Rechtecks angebracht werden, als es der Größe des Menschen entspricht, den ich malen will, denn so scheinen der Betrachter und die Bildobjekte auf der gleichen Ebene zu stehen.

Nachdem also der so genannte Zentralpunkt gesetzt ist, ziehe ich von ihm Geraden zu jedem Teilungspunkt auf der Grundlinie des Rechtecks. Diese gezogenen Linien deuten mir an, wie sich eine quer verlaufende Strecke in der Länge ändert, bis hin ins Unendliche.

Leon Battista Alberti
DE PICTURA

*ex sectione 20
(in litteris pinguibus: partes usi)*

Hæc cum ita sint, ipse idcirco optimum hunc adinveni modum. In cæteris omnibus eandem illam et centri puncti et lineæ iacentis divisionem et a puncto linearum ductionem ad singulas iacentis lineæ divisiones prosequor. Sed in successivis quantitibus transversis hunc modum servo.

Habeo areolam in qua describo lineam unam rectam. Hanc divido per eas partes in quas iacens linea quadranguli divisa est. Dehinc pono sursum ab hac linea punctum unicum ad alterum lineæ caput perpendicularem tam alte quam est in quadrangulo centricus punctus a iacente divisa quadranguli linea distans, ab hocque puncto ad singulas huius ipsius lineæ divisiones singulas lineas duco. Tum quantam velim distantiam esse inter spectantis oculum et picturam statuo, atque illic statuto intercisionis loco, perpendiculari, ut aiunt mathematici, linea intercisionem omnium linearum, quas ea invenerit, efficio.

Perpendicularis quidem linea est ea quæ aliam rectam lineam dividens angulos utrinque circa se rectos habeat.

Igitur hæc mihi perpendicularis linea suis percisionibus terminos dabit omnis distantiae quæ inter transversas æquedistantes pavimenti lineas esse debeat. Quo pacto omnes pavimenti parallelos descriptos habeo. Est enim parallelus spatium quod intersit inter duas æquedistantes lineas de quibus supra nonnihil tetigimus. Qui quidem quam recte descripti sint inditio erit, si una eademque recta continuata linea in picto pavimento coadiunctorum quadrangulorum diameter sit.

Est quidem apud mathematicos diameter quadranguli recta quædam linea ab angulo ad sibi oppositum angulum ducta, quæ in duas partes quadrangulum dividat ita ut ex quadrangulo duos triangulos efficiat.

Leon Battista Alberti
ÜBER DIE MALKUNST

*aus Abschnitt 20
(in fetter Schrift: benützte Teile)*

Ich fand jenes Vorgehen das beste, bei dem man in allem dem folgt, was ich gesagt habe, nämlich den Zentralpunkt festzulegen und von ihm Linien zu den Markierungen der Abschnitte auf der Grundlinie zu ziehen. Ich weiß auch, wie die quer verlaufenden Strecken aufeinander folgen.

An einem kleinen freien Platz zeichne ich eine Strecke. Diese unterteile ich in gleich viele Abschnitte, wie ich die Grundlinie des Rechtecks. Dann bringe ich über dieser Strecke einen Punkt auf der gleichen Höhe an, auf der im Rechteck der Zentralpunkt über der Grundlinie gesetzt wurde; von diesem Punkt ziehe ich Linien zu jeder Teilungsmarke auf der Strecke. Dann lege ich die Distanz Auge-Bild fest und zeichne dort eine – wie die Mathematiker sagen – «senkrechte» Linie, die jede [vorher gezeichnete] Linie schneidet.

«Senkrechte» nennt man jene Gerade, welche eine andere Gerade unter rechten Winkeln schneidet.

Diese Senkrechte liefert mir an den Stellen, wo sie die anderen schneidet, die Aufeinanderfolge aller quer verlaufenden Strecken. Auf diese Weise finde ich alle Parallelen, und damit auch die Quadrate mit einem «braccio» [Seitenlänge] des «Pavimento» im Bild.

Ob diese richtig eingezeichnet sind, stellt sich dann heraus, wenn eine und dieselbe gerade Linie die Diagonalen von mehreren Bild-Rechtecken aneinander reiht.

Die Mathematiker nennen «Rechteck-Diagonale» jene – von einer Ecke zur anderen gezogene – Strecke, die das Rechteck in zwei Teile zerlegt, sodass aus dem Rechteck zwei Dreiecke werden.